

dum pertalus signa demonstrat... ostendit penitentibus viscera misericordie...

Ovid. 6. Fastor. v. 316.

Psal. 67. 16.

Apoct. 2.

Ex gloria sanctorum, illius in terra exaltatur deprecium.

Propert. 2. que Dei ad gloriam in gloriam vocis? Sap. eccl. 7. 22.

unicus & multiplex. Intelligitur ab alijs mirabilis virtus vocis...

17. Mantuanus Eclog. 3. v. 37. non sine acumine, cecinit:

Carmine multisono, & vocali voce fatigat.

Vox solum Deus vocat, dum gratia in celestia regna invitat. Vocalis vox est, modo in alios extenditur viva vox.

21. in Eschiel. Maluad. & Sanctus hic. n. 17. Alij: Ad vocem loquela, grandis ignis exarsit.

Alapide vero loquitur: To Grandis tam ad loquela, quam ad ignis referri potest.

Quarum suaviloquis gemina sic vocibus orsa. Sonet ergo hzc vox in auribus nostris, que quidem pre cunctis dulcis.

18. Sonet ergo hzc vox in auribus nostris, que quidem pre cunctis dulcis. Unde N. Patriarcha, cap. 4. commendat.

Ut canit Propert. 1. Eleg. 4. v. 18. Aptè, Non tacitis vocibus, dum tibi patet in cælum ascensus.

Mantua

Que vox vocalis

Ierem. 11.

Alapide.

Amor in gloriam excita. tur, dum alij gloriæ con. fectar.

Vara.

S Be. ned.

Manu Mona. chorum, patrie celestis desiderii

Cypri.

sumus: etenim non solum habemus, qui nos factis sanctis invitent ad gloriam, sed etiam clementie exempla, supplicij alienis, quibus emendamus...

Sapient. 16. 4.

Ostendit peccatorum supplicia, clementia magna.

Luc. 13. 24.

Publ. 57.

Alienum enim exterminium, elucet in nobis thesaurus miserationum, & indignationis zelus multotiduo viscerum: etenim fugere debemus noxam; quippe nobis dedit Altissimus vocem suam: audiendaque sunt in criminum pœnis, que clementer continentur in voce vocis.

Bonum est, fugienda aspiciere alieno malo: Ex vitio alterius sapiens emendat suam.

DIDASCALIA V.

Lachryma pondera vocis habent.

ALTIORI proposito, uti miraculo, videbimus, quod cecinit Ovidius, 3. de Ponto, Eleg. 1. v. 158. & Stoicus, 3. de Ira, cap. 33.

Senec.

Clamor non senserit.

Gregor. Magn. Bened. 2. v. 1. Scholasticus, un.

clamor exprimitur: basilica resonant. Sonus est in silentio vocem, ut demiremur prodigium; & per clamorem non vocis, in Sanctis suis Deus celebretur mirabilis.

Epigram. 138. de Gemijnis, accinit: Dissimile in nobis nihil est, paria omnia, solo

Differimus numero: nos duo namque sumus. Sæpe Tomis prioribus, de illorum musica in utero matris, diximus.

Inter demeritas Cleopatæ, ultimæ Reginæ Egypti, fuit magis nominis umbra. Unde unico partu marem & fœmellam geminos edens in lucem: vocavit Lunam & Solem.

Mole valent, habitaque puer sub frontibus amor: Mollis in Geminis studium est, & mitior ætas.

Per varios cætus, modulatisque vocibus ora. Inventiunt & in alstra vias numerisque, modisque Consummant orbem: Natura ingenio minor est.

Videntur de cælo dati, in orbis decus; ut miraretur mundus; dum invenerunt in alstra vias, erigentes numeris & modis musicæ scholas, nobiliore studio, naturam superante cœlesti ingenio, valente corpore, voce infantili, amore habitante in illorum pectore, æstante mitiori ætate, tamquam in Sole & Luna, per varios cantus, modulataque vocibus ora.

Servi & astrorum velox chorus, & vaga Luna.

Cum tenebræ summæ caligine essent in orbis principio super faciem abyssi; Conditor produxit lucem in futuras species cosmopœiæ: non enim divinum esset tam præclarum opus, si operis non esset usus;

Orven;

Illi plura su colit Luna.

Manil.

Musica illorum in utero matris.

Statius

usus: nec videretur omnipotentis mirificum, si esset & non videretur. Ergo fit lux in nitorem mundi, dum chaos & nigra fascabant cuncta tenebre.

Alcim.  
Avila

Iam proprias mundo monstrabat lumine formas,

Genes. a. 1.

Obscuro cedente die: varioque colore Plurima distinctum pingebat gratia mundum. Concinite Alcim. Avitas 1. Genesios. v. 17. *Facta est lux, & vidit Deus, quod esset bona.* Insigne profecto singularis bonitatis, per quam alicui demonstrantur splendores. Plena vox luminis: operationis respiciendat effectum. Unde vox Dei debuit inchoare, nisi a lumine? Ita Ambros. 1. Hexaem. cap. 1. Bona. Id est, pulchra, delectabilis, & grata: quapropter ut Conditor vidit, signanter plausit, universonque elogia in illa iure comprehendit: ut potest quæ rerum specimen, in se continens totius orbis pulchritudinem. Est utique iubar atherum, opus Auditoris primum, cæli candor, flammæ splendor, orbis nitore, decus astrorum, formaque siderum: ait Draconitior, de Opere sex dier, & a. v. 6.

Ambros.

Pueri-  
susu la-  
cis est de-  
gu orbis.

Dracoti.

—Lux gratia Solis,  
—Aureaque cornua Luna.  
Luna & Sol est ipsa lux? Ita placuit D. Thomæ, Pegerio & Carharino: erat duo luminaria magna, non lux sola; quippequam in subiecto & simul cum subiecto fuit creata.

Buccel.

4. Videamus in Sole Occidentis Benedicto, atque sorore, quomodo fulsit vel à principio lux gratiæ. In utero matris eos psallere auditum, Numinis gratiæ: Buccelin. inquit in *Memolog.* Odo, Bonifac. Simonetta, plurimique alij, quos videlicet, apud Yepes in *Chronio.* lib. 1. cap. 1. & Benedicti. Hæiten. *Prolegom.* 14. In rem Gaufrid. ferm. de S. Bernard. n. 15. *Auditus enim est* (inquit) *in utero materno, cuius magnificè commendata est sanctitas etiam ante ortum. Noxii Dominus qui sunt eius, & novit utique quos elegit à principio: sic etiam sua quibusque tempora & momenta constituit, quibus æterna sua dilectio vel ipsi, vel de ipsis innoscit arcana. Cumque alios in pueritia, alios in iuventute, alios in senectute vocarit, nonnullos tamen, sed paucos, velut quoddam privilegio gratiæ specialis, in benedictionibus præveniens, inno præcipiens, nudum natos, quales essent, quibus voluit signis & indicij declaravit.* Sic Berthar. in Hymn. S. Benedicti. *Ucclin.*

Gaufrid

Berthar

—Fugiens probavit

Signa primæ nova sanclitatis.

Patec gratia singularis ex textu: *Fiat lux, & facta est lux.* Ex primo existentiæ momento in corpore Solis & Lunæ incubuit canticum. *Lux sonat.* Verum si facta, ex quo facta? Dicit Paulus: *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.* De tenebris, non tamquam materia ex qua, fed tamquam termino à quo; quippe in tenebris, ut producatu forma, non est materia: diciturque lux de tenebris; ut eius processus signaretur ut mirabilis: etenim mirum, in plausum & laudem Dei; quod in tenebris simul essent lux & vox. Elucet gratia Solis & Lunæ, in vocibus Benedicti & Scholasticæ, ubi Deus iussit de tenebris vocem tamquam lucem splendescere: quæ doquidem procedunt in vocem laudis, vel in uteri matris obsecris tenebris. Incipit Sol: at Scholasticæ soror, ut Ovidij sentum sequear. *4. Fabror.* v. 327.

Dracoti.

1. Cor.

Qua-  
tum mi-  
raculu

Ovide

Maluc

Tertul

El ca  
quo

Unda per  
scillo mu-  
sice tri-  
squis.

Gregor.  
Naz.

ex harmonia in radiorum plectitudine. Vox hanc habetur, quousque qui vocalis, nascitur: necdum nata luminaria magna, verum vox lucis audita; quid mirum si lux extollitur, ubi in luminarium corporibus collocatur: etenim dignum admiratione, sine prævia, necessaria naturate; quod lux in illis haberet perfectionem vocis, & in brevitate temporis. Plus lucis videntur merita, in sententia contraria. Sine subiecto fuisse creatam, asserit Basilius in *Hexaem.* Homil. 6. & Nazianzen. *Orat.* 43. *Infr:* *Nec lumen organicum à principio, verum incorporeum & Solis expert: forma enim Solis lumen est.* Vide hic *Tautolog.* 1. D. 7. n. 14. Lux in globo utriusque luminaris psallebat. Lux antequam in ipsis esset, voce Nomen laudabat. Hic corpus non habebat; in luminariis, corpore & voce Conditorum decantabat: voceque Dei vox plauditur. lucis, priusquam esset in corpore Lunæ & Solis; quoniam corpus vocis & sonus in cælo auditus, quasi vox haberet corpus. In utero genitricis Benedicti & sororis auditur, & in portennum vox laudis: lux est gratia Lunæ & Solis: igitur vix illorum concepta corpora, & ab illis celestis audiebatur musica. Quod nata canerent, erat conditio naturæ, prædicte mentis illuminatione: videnda in gemellis mira, & vox gratiosa: etenim Deitatis studuerat musica, atque gloriam dixerunt antequam nati. Signavit Deus necdum natos, quales & sent, dum illo in tempore, non illius temporis munus perficerent: si quidem ut à principio excellentem præ se ferrent perfectionem; lucis proserunt vocem & ante lucem. Vide alia aliter, atque diverso acumine, *Tom. 5. T. 4. D. 2. à num. 3.*

Apoc. 4.

Aristor.

7. Numinis insigæ & novum, in cælo ad Numinis laudem auditum, erit huius gratiæ præpopere monumentum. Ita ergo vox cantici in choro celesti, quod concurrentes anciphoni. *Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.* Metricè Arator, in *Acta Apostol.* à verli. 338. *Tu qui cuncta Deus proprijs animata figuris, Artifice sermone facis, quiquæ edita cernens, Ante oculos, rerumque creas per nomina formari.* *Cum fierent, vox semen erat, mox spiritus oris, Inscritemq; operis sola est largita voluntas. Erant (dicitur) & creata sunt.* Haud *Tom. VII. Tautol.*

theologicè intelligitur creatio; si non ex nihilo. Creatura non erant; si erant, antiquam se sent creatura. Quomodo in e sententia negatione poterant esse, ut esse possent, priusquam esse acciperent? Erant profecto, & non erant. An quia in mente divina, atque denuo in existentia? Iteratilis expositio ad huiusmodi essendi formam, ducit per allegoriam. *Erant in confessionem laudis;* inquit hic Hæy: & non erant? Et & non esse, sanequam impossibile. A gratia & amore vincitur, dum Creator à creaturis singulariter laudatur; & in non esse, esse dicantur in laudem; quasi solam crearentur ad laudandum Creatorem. *Creata sunt:* ergo prius esse non efit. Del tunc & illorum erat laus in prodigio vocis, que tamquam prodigium audiebatur in cælis; simulque non esse & esse exponitur in perfectionis atque virtutis encomio; igitur summa virtutis perfectio, quod in laudes divinz maiestatis existerent, antequam essent. Confessio laudis Deitatis erat scopus miraciæ vocis; & in conjunctione esse & non esse laudandum, stat miraculum totum: etenim in signe & singulari miraculum; quod existerent in Deitatis musica, qui ad vocis eformationem non habebant existentiam.

8. Pærspicuus clarescit esse & non esse in Benedicti atque germanæ sororis voce. In claustro, tamquam choro, genitricis, exercent organa laudis, simulque audivit cælesti canticum novum. Novum? Mirabili vocum novitatem, esse illorum & non esse. Esse non dicitur quod informe; quod caret operationum facultate; quoniam tantum habet perfectionis entitatem, qui in entitate habuerit perfectionem. Est, sed quasi non est, quousque in esse perficiatur. Natura, hominis existentiam non cognoscit usque in nativitatem, qua prodit in lucem. Pridem esse non esse esse: non est esse imperfectione; Est, sed creati expedit, quia forma formam non habet. Tunc vox incipit; & in choro utriusque matris, Benedictus cum sorore musicè concinit; ut in canticum novo musica audiretur nova, inventa à divina gratia: igitur melodi miri ante vocem per vocis nativitatem; iam ad laudes divinas habebant vocem. Creatura sunt miraciæ harmonia isthæc luminaria magna. *Erant & creata sunt;* quippequam ante esse in orta, esse declaravit vox; quam auris numquam audivit, dum corpus vox non haberet: verum in canticum novo, visa perfectio; quod incapaces vagitus, ad vocem haberent

Hæy.

Ad Dei  
laude  
erant in  
voce mu-  
sicæ, sed si  
ne corpo-  
re.

Apoc. 5. 9.

Erat in  
vobis  
canticum  
novum.

Bb

cor.





factus est repente de caelo sonus. Ubi oratione Samuel imperavit à Domino in resistentes procellam gravem in impetu turbinis (de qua 1. Reg. 7. 10. & Ecl. 46. 20. ubi: *Insonuit de caelo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam*) excussit Siclem cum lyra. Hervv. in *Teatr. Hieroglyph.* a figur. 104. Meminit Kircher. Tom. 2. *Oedip. Copt.* p. 1. cl. 2. cap. 2. subditque §. 2. *Per lynam indicantur laudes Dei.* Apud oratio in lyra, & in caelo tempestatis procellosæ resonantia; ut voci respondeat vox (vox cæli cordis voci) & Dominus per tonitrum, vocem suam, exciet in auditionem tempestatem validam: etenim cum moveatur musica; Lyra exponitur pro tempestate impetranda; quippequam in meteorum ad concitandum nubium, nil efficacius in terris, quam musica lachrymarum. Congruè Ovid. d. v. 99. succinit: *Gratia si nulla est, lachryme tibi gratia fiant.*

1. Reg. 7. 10. Siclem turbinis. Hirsch.

Cur musica eius respondit de caelo nubibus.

Ovid.

Psal. 3. 5.

Psal. 38. 11. Quomodo vocis est clamor, ubi neque vox percipitur.

Cant. 2. 14.

Que vox in fletu:

soli sonet sine voce clamor (huiusmodi harmonice dulcissime tenor) solus ille ad gratias sine mora conferendas, auribus percipit lachrymas.

20 *Quid est quod fecisti?* dicit Sorori Benedictus, dum sic videtur procella valat. Illa respondit: *Rogavi Dominum meum & exaudivit me.* Ille interrogat de articulo facti: illa responder de voce: *Exaudivit.* Quid locuta, ut concederetur turbulenti nimbi gratia? Flevit, lachrymarum imbrem super mentam iudic: & est exaudita, licet à fratre nec audita verba; quoniam solus qui intelligit sonum, atque lachrymarum musice, audit plorantis sine voce clamorem. *Hendocantamus, & cantando stemus:* inquit Bernard. de *Divers.* serm. 36. n. 3. Ex contentantia lachrymarum formatur musica cordium, cuius vocem non percipit in cantico Benedictus; dum è caelo exaudire Dominus vocem fletus, qua Scholastica canebat, ubi Numen in subsidium implorabat, & plorabat, passando *aurem audientem*, & intelligentem vocem: quoniam quidem non Benedictus, sed solum Numen audivit; quippe oculi pupilla Scholasticæ non tacuit. *Audit Deus gemitus competitorum.* Impedita & victa est vox, ubi & audita non est; vel quia præterit, quoniam gemitus sine voce non auditur. Cor deducit ingeniosum in lachrymas, quas voce vincita nequit exprimere penas; ex quarum silentio clamor, dum tacet dolor. Haud notescit sine voce, in hominum aure: sed cum Domino pateat, est lingua sine usu clamorem premas; cordium competitorum sine voce exaudit gemitum, per clamorem eloquentem, taciturnum lachrymarum.

21 *Eluxit ex evento. Prospexi de caelo sancto suo.* Petijt fletu Scholastica promptum auxilium è caelo, ut vox compedita à fratre, ibi gauderet clamore; quem intellexit Dominus, qui intelligit vocem fletus, illam exaudiens, & postulata concedens: etenim fulminibus & convulsis illic è caelo prospexit, in fratremque voci furdum tota procella detonuit. Ista in musica Scholasticæ vox est. Replevit in bonis desiderium suum, dum stendo cantavit, atque meloda flevit. *Desiderium pauperum* (pro Afflictorum) *exaudivit Dominus: preparationem ceræ coram auditur auris tua.* Desiderium exponitur avidi pectoris, & etiam preparatio ad desiderium cordis. Desiderium est exprimere quod anima vellet: preparatio cordis,

Gregor. d.

Deus sof lor bñm mod: con- dicit. Bernard

Prov. 24 12.

Psal. 101. 12

Verf. 14

Vas Scholastica audita à Benedicto sed è caelo.

Prosp. 11.

Psal. 9. divi. 17.

quod vellet velle; ita ut nequaquam exprimat quod desiderat; in quo splendet summè Dei ad dona promptitudo, & pretiosior gratiarum communicatio. Theatrum videtur amplissimè in miraculo Scholasticæ. Magnam quidem elargitur, ubi Mumen gratis concedit, quod petiur. Scholastica cum verba fratris negantis audisset, ipsum ibi secum remanere vellet: & cum Dominus eius desiderium audiat, votumque foveat; ut appareret votum dilectæ quam gratum, à desiderio cordis cum gratia removet votum. Plus relacet gratia, cum in oratione nihil exprellerunt verba. Fuit preparatio cordis, & simul gratia amplissima Deicatis; ut per gratie modum & præstantiam adversus fratrem, ostenderet quanti duceret Scholasticæ amorem: igitur Deus de caelo non solum illi quod voluit illa concessit; sed etiam quod velle voluit. Quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde! Illa clamavit voce fletus: voci cum procella de caelo respondit tonitruum. Plus quam vox in prodigio audita est. Signum in præstantiam vocis gratie.

Exauditur gratia Numinis eius preparatio cordis.

Martial 4. 7

A Benedicta in procella excitata ignoratur materia.

Gregor. Mag.

mensam soror ostenderet lachrymas. Gabriel Bugnotius in P. Eleg. 29. modulatur:

*Plangit amans, largisque gemens rigat imbribus ora;*

*Et caelum effusus imbribus arva rigat.* 23 *Tonabit voce magnitudinis sua, & non investigabitur, cum audita fuerit vox eius: tonabit Deus in voce sua mirabiliter; qui facit magna & inscrutabilia.* dicebat lobo Eliu. Penetranda sunt cum Didascalice proposito auctoritatum acumina; quia protrata atque nimis Didascalica. Scholastica lachrymis auxilium à Numine petit, & tonitru Deus responder. Tonitruum ex quo pluvia (disruptis nubibus) sic, eius ad terras dicitur vox: & dum Scholastica imbrem copiosum efflagitat, Deus illud tonat; quippequam vox Domini super aquas; & super aquas multas: igitur propter Sponsam, quam eximè diligit; diluvium etiam inhabitare facit. *Voce magnitudinis sua.* Magnitudo vocis Numinis, èd quòd excedat vota supplicantis cordis. Scholastica pluviam petit: Sua voce Numen tonabit, & magnificè pro gratia; igitur illi petenti erat preparata pluvia. *Tonabit voce magnitudinis sua,* ut respondeat miraculo petitioni. Illa caelo studet, caelum Scholasticæ consulet: etenim tam Sponsæ cura, ut eius oratio ad caelum scanderet; quam caelo, ut pluvia facta tonitru, descenderet. Appositè Aristoteles, ex Euripide, lib. 8. *Ethicor.* cap. 1. concinit: *Pandit terra sinus pluviæque à nubibus optat.*

Bugnot

Iob 37 à 4

Obsequia Scholasticæ caeli r'spondit obsequio.

Euripid

In quò miraculò influe tempesta in concèssa.

Virgil. 1. An. v. 16.

Aus

Non sola voce dedisti.

22 Fuit igitur miraculum singularissimum; quouque factum, à Benedicto non intellectum; quapropter Sorori dixit: *Quid est, quod fecisti?* Non videt Turbinibus crebris, successivisque coruscis, nubium non aspicit: Totus deorsum irruit imbribus æther, & quid sit quasi necesse inquirat? Merito. Miraculum vidit inundationis; sed nesciebat, quomodo factum miraculum. Miraculum erat illuvies, sereno caelo; sed non noverat ex quo, & simul quomodo facta inundatio. Sororem fecisse, seit: cæterum nescit quid est. Si serenum erat caelum, ad imbrem non erat materia ex quasunde inquirat, *Quid est hoc, & à te factum?* quippe in portento arbitror maius prodigium. Unde venit aqua? De caelo: serenum est, haud dudum, modò serenum. Unde tandem in hemispherij commotionem copia redundantis imbris? Ex Sororis Scholasticæ oculis. Gregorius d. in miraculi commendationem, observavit originem: *Sanctimonialis femina* (Inbdit) *caput in manibus declinans, lachrymarum fluxum in mensam fuderat; per quas serenitatem aeris in pluviam traxit.* En pluvia, etiam largissima, ex quo: quo modo, Benedictus necesse scire; ut magis ex cognitione miraretur portentum: igitur mirum in imbrem fuisse conversas, qua super

Cum tristis ablato campus ab imbre fuit. Nec minus à pluviois, que surgit in aere nubes, Optat in expansos larga venire sinus. 24 Vox ergo Dei versus terram in procellam ex tonitru, & vox fletus Scholasticæ in caelo; quin possit investigari tonitru, cum audita fuerit inundatione vox eius. Sonus multæ pluviae à Scholastica auditur; verum à fratre nequaquam investigatur: igitur non cogitabile nubium fulgur sine nube, nec aquarum inundatio, caelo sereno: Deusque fecit caeli serenitate pro eius sorore; quòd Benedictus nequibat excogitare.

Veni velut agmine facto Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant: Eripimus subitò nubes calvinque diemque: Intonuerit poli, & crebris micat ignibus æther.

